tur, aliquid præter ordinem superindicti vel pretii [1] nomine de fordidis quibuscunque muneribus agnoscant: Nam & hoc a divis Principibus imperatum [2] est, & a nostra serenitate reparatum. Quisquis igitur judicum contra fecerit, quinque pondo auri de facultatibus suis, alia de officiis suis totidem & de curialibus qui exequi mala jussa festinant, noverit eruenda. Dat. 7. Kal. Jul. *Mediol.* OLYMPRIO & PROBINO CONSS. 395.

De illustribus.

16. Iidem AA. & THEOD. A. Melitio P. P. post alia [3].

AB [4] illustribus [5] personis fordida munera, & extraordinariæ necessitatis damna removemus. Dat. 15. Kal. Mart. *Ravenn.* DD. NN. HONORIO IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

TIT. XLVIII.

DE [6] QUIBUS MUNERIBUS, VEL PRÆSTATIONIBUS NEMINI LICEAT SE EXCUSARE.

1. Impp. HONORIUS & THEOD. AA. Herculeo P. P. [7] Illyrici.

COmparationi [8] transvectionique specierum universi fine ullo privilegio coartentur ad necessitates Illyricanas [9]: nam in his duntaxat titulis nullum sub quopiam cessare privilegii velamento censemus: sed sub hac conditione, cum tempus exegerit, hujusmodi collationi succumbant [10], ut non tantum requiratur idoneus, verum universi pro portione suæ possessionis jugationisque ad hæc munia [11] coartentur, & a summis sarcina ad infimos usque decurrat. Dat. 3. Id. April. *Constantinop.* BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Taurum P. P.

CUm [12] ad [13] felicissimam expeditionem [14] nominis [15] nostri, omnium provincialium per loca qua [16] iter arripimus, debeant nobis [solita] ministeria exhiberi [17], neminem ab angariis, vel parangariis, vel plaustris, vel quolibet munere [18] (penitus [19]) excusari præcipimus: sed omnes, sive ad divinam [20] nostram domum, sive ad venerabilis Augustæ, vel ad sacrosanctas Ecclesias, vel quaslibet illustres domos pertinent, nec lege pragmatica, nec divina adnotatione, sacrove oraculo excusatos, indictionibus magnificæ [21] tuæ sedis tempore nostræ expeditionis obedire decernimus. Dat. 13. Kalend. Mart. *Constantinop.* VALENTIN. A. V. & NONIO CONSS. 445.

3. Imp. LEO *ad S.*

HAc providentissima lege statuimus, omni excusatione cessante, nullaque personali [22] dignitate penitus excepta, in quibuscunque locis administrationi sublimitatis tuæ commissis [23] opus exegerit murorum [24] constructionem, seu comparationem [25] frumenti, aliarumque specierum sine ullo impedimento, prout commodum atque necessarium magnitudo tua perspexerit, fieri.

TIT. XLIX.

QUI ÆTATE [26], [VEL PROFESSIONE [27]] SE EXCUSANT.

Studentes habent immunitatem a muneribus personalibus usque ad XXV. annum ætatis suæ. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Severino, & aliis Scholaribus Arabiæ [28].

CUm vos adfirmetis liberalibus [29] studiis operam dare maxime circa juris [30] professionem, consistendo in civitate *Berytiorum* provinciæ Phœniciæ [31]: providendo [32] utilitati publicæ & spei vestræ [33] decernimus, ut singuli usque [34] ad vicesimum quintum [35] annum ætatis suæ studiis non avocentur [36].

2. Iidem AA. & CC. Theodoro.

CUm filios tuos patria potestate liberatos [37], adhuc minores legitima [38] ætate esse dicas, merito postulas, ut liberalibus [39] studiis non avocentur [40]: & ideo muneribus personalibus, quæ ad patrimonium non pertinent, non adstringentur, si civium inopia [41] non est.

Majores quinquaginta quinque annis accusantur a muneribus personalibus, non patrimonialibus. Bart.

3. Iidem AA. & CC. Plautiano.

MAnifesti juris est, majores quinquaginta quinque [42] annos invitos ad munera personalia vocari non posse. Cum itaque septuagenario majorem te esse profitearis, si a nominatione facta appellationis auxilium interposuisti, tueri te notione præsidis provinciæ potes jure concesso.

TIT. L.

QUI MORBO [43] SE EXCUSANT.

Orbi utroque oculo excusantur a muneribus personalibus, secus si uno tantum. Bart.

1. Imp. GORDIANUS A.

SI ea *cæcitate* [44] pater tuus oppressus est, ut utriusque oculi aciem prorsus amiserit, levamentum personalium [45] munerum sentiet.

Debilitatus propter morbum, habet excusationem. Bart.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

CUm *auriculari* [46] morbo debilitatum te esse dicas, juxta juris publici auctoritatem a personalibus muneribus vacationem habebis.

3. Iidem AA. & CC. Celæ [47].

POdagræ [48] quidem valetudo nec ad personalium munerum prodest excusationem: verum cum ita te valetudine pedum afflictum dicas, ut rebus propriis intercessum commodare non possis, Rector provinciæ, si allegationibus tuis fidem adesse perspexerit [49], ad personalia munera te vocari non patietur.

Infirmitas patris non excusat filios. Bart.

4. Iidem AA. & CC. Regino.

CAsus [50] *corporis* patris munerum personalium filio jure non præstat excusationem.

TIT. LI.

DE HIS, QUI NUMERO [51] LIBERORUM, VEL PAUPERTATE EXCUSATIONEM MERUERUNT.

1. Imp. ALEX. [52] A. Verecundo.

NUmerus liberorum ab oneribus [53] non excusat.

2. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Severo.

FIlium [54] ab hostibus captum, ac necdum reversum, ad excusationem munerum personalium patri proficere non posse, magis placuit.

3. Iidem A. & C. Nomo.

NEpotes [55] loco parentum succedentes, vice eorum prodesse consueverunt: Ideoque si quinque [56] numerus liberorum ex amissorum filiorum nepotibus suppletur, a muneribus personalibus is, quem patrem tuum esse dicis, juxta constituta excusatur.

Divitiæ filiorum non onerant patrem. Bart.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

CUm [57] facultates tuas [omnes [58]] in filium tuum contulisse te, nec quicquam habere proponas: respectu patrimonii [59] ejus quod tuum esse desinit, muneribus civilibus non adstringeris.

5. Iidem AA. & CC. Marco.

DE [60] personalibus muneribus, quæ fœminis pro sexus conditione indicuntur: exemplo [61] marium, quinque superstitum numero liberorum eas excusari Divi Parentes nostri constituerunt.

1 *Pretii petiti, in C. Theod. & Græcos* legere petiti, *notat* Cujac. 2 Impetratum. *C. Theod. h. t. ult.* 3 *L.* 14. *in fin. supr. de decurionibus, l.* 23. *in pr. ff. ad municip.* 4 Illustres hic senatores, maximaram dignitatum culmina, *l.* 12. *supr. h. t.*

5 Al. *Ex quibus.* 7 Ad rempub. Illyrici. 8 Comparatio specierum *συναγωγὴ*. adde *l. ult. ff. h. t. l. ult. ff. ut nemini liceat in emptione specierum, &c. lib. III.* 27. Goth. Transvectionis vero appellatione intelligunter angariæ, parangariæ, paraveredi. *l.* 12. *ff. tit. prec.* Mod. 9 Illyricianas. 10 Succumbat. 11 Munera.

12 Hæc causa summe necessaria idcoque nemo ab ea excusatur. *l. un. supr. ut nemini liceat in empt. h. lib. tit.* 27. adde *l.* 11. *supr. de sacrof. eccles. l.* 21. *ff. de cur. l.* 12. *tit.* 51.

13 *Junge cum l.* 11. *supr. de sacrof. eccl.* 14 Ab expeditionis (*τῆ στρατείᾳ*) onere, ibus, ne quidem Ecclesia, nec alius quisquam immunis est: oneribus inquam expeditionis, puta angariis & parangariis. *Synopf. Ct. tit.* 1. *cap.* 5. *& ibid. ex lib.* 56. *tit.* 17. *cap.* 22. *l.* 21. *ff. de cur. h. publico, l.* 12. *tit.* 51. 15 Nummis. 16 Quibus. 17 Exhibere.

18 Videtur coemptionem dicere, a qua tum ne domus quidem Augusti aut Augustæ excusatur, ex Nov. Tiberii de divinis domibus. *§. ult.* Mod. 19 *Deeft in d. l.* 11.

20 Adde *Novella Tiberii* 1. *cap. ult. in fin.* 21 Magnificentiæ. 22 *Alias*, personæ, vel dignitate. 23 Commissi. 24 In murorum constructione, vel comparatione frumenti, aliarumve specierum, nemo excusationem habet. *Synopf. Basil.* 54. *tit.* 7. *cap.* 3. vide *l.* 1. *supr. hoc tit.* 25 Parationem.

26 Sub. majori annis quinquagintà quinque: est vero hoc senectutis privilegium. *Goth. Adde l.* 2. *§. ult. l.* 11. *D. de decurionib. l.* 1. *D. de jure immunitatis*, Junct. *l. unic. §. Qui ætate fe excusant.* & notata *ad l.* 3. *§. h. t. §. L.* 27 Al. *sexcim si desint.* De privilegiis Scholarium vide *Authenticam habita. §. Ne filius pro patre.* & Tractatum Horatii Lucii *de privilegiis scholarium.* 28 Qui ex Arabia Bertyt. 29 *l.* 2. *§. h. t. l.* 28. *D. quib. ex causis majores.* 30 Juris professio, liberale studium est: *ut hic.*

31 Al. *Phœnices*, al. *Phœnices.* 32 *Al.* providendum. 33 Nostræ. 34 Cur ita? colligo ex *l.* 11. *D. de decurion.* 35 Congruit *l.* 2. *§. de incolis h. lib. tit.* 39. Goth. Minores 25. annis in curiam conscribi non possunt, *l. non tantum. D. de decur.* neque ad munera civilia vel honores admittuntur, *l. ad rempl. D. de muner. & hon. l.* 2. *§. 1. D. de vac. mun.* nisi ex causa: an puto ita urgeat necessitas reipublicæ hominum, *l.* 2. *hoc tit. l.* 1. *supr. qui & ado. quos in integr. reft.* vel beneficio liberorum. *l.* 2. *D. de minoribus*, seu beneficio principis. de quo alibi Plinius. An igitur minor 25. annis judex dari potest? libri *de privilegiis negant*, & cum illis facit Cujacius: nec enim, inquit, obstat *l. cum legε. D. de tempor. qui arb. rec.* quippe quæ non definitat minorem 25. annis judicare posse; sed illud dicat: si evenerit, ut minor 25. annis judex electus sit consensu partium, vel statua, seu quacunque alia ratione id contigerit, ex lege Julia judicaria cum, si fuerit intra annum 20. judicare non cogi. Non obstat *l. quidam. D. de re jud.* quia id etiam generaliter non debuit, sed si forte aliqua ex causa evenerit, ut minor judicet, tuendam ejus fortunam esse, modo si plena pubertate fuerit, quæ ætas etiam decurionibus destinata est. *l.* 19. *C. Theod. de Decur.* Item non obstat *l. cum prator. ff. de jud.* quis hæc solum impuberem judicare vetat. nam impubes plane judex esse prohibetur; pubes potest esse male. 37 Hoc ponit ex facto, non quod idem non fit, si in potestate fuerint. Et superior quidem constitutio est de studiis juris civilis, hæc de liberalibus & de ingenuis. *Mod.* 38 Minor viginti quinque annis decurio fieri, vel ad honores, vel munera civilia admitti non potest, *ut hic. l. non tantum.* 11. *ff. de decurionib. l. ad Reipublicæ.* 8. *ff. de muneribus & honoribus, l.* 2. *in pr. ff. de vacat. munerum.* 39 Vid. *l.* 1. *§. ult. ff. de excusat. tutor.* 40 *Advocatus, ab. reverentur.* 41 *V. l.* 11. *§.* 2. *ff. de muneribus.* 42 Exhibitis *lib.* 10. *de temporibus.* quinquaginta Basil. septuaginta. Cui *ergo non. l.* 3. *D. de jure immunit.* olim leptuaginta in urbe. Varr. 3. *de vita P. Romani*, Plin. 4. *epist.* Goth. *Septuaginta* hic hunc text. ita salvari, ut speciáliter de munere decurionatus intelligitur, quæ ætas a decurionatu excludat *l.* 2. *§. ult. l.* 11. *D. de decurion.* S. L.

43 De cæcitate vide *l.* 1. *com auricolari morbo l.* 2. *podagra. l.* 3. *§. h. t.* 44 Cæcitas excusat a muneribus personalibus. *l.* 1. *§. qui morbo.* Goth. Vid. *l.* 3. *Cod. qui dar. tutor.* vid. Alciat. *tit. Ant.* 45 At non a consilio prædendo. *l.* 1. *§.* 5. *D. de postulando. cum articulari morbo debilitatum te esse dicas*, & accipiendum de chirogra, quæ cur excusationem præbeat a personalibus muneribus, cum podagra non præbeat, *l. prox. l.* 13. *fupr. de decur.* ratio est, quod verbotenus longitorque morbus fit articularis quam podagricus. *Mod.* 47 Celsæ, *al. Celle.* 48 Podagra a muneribus personalibus non excusat, nisi justa causa sit, hoc est, nisi magna admodum podagra sit, *ut hic*, eadem ratione podagra a decurionatu excusat a decurionatu. *l.* 13. *supr. de decurionibus.* de podagra adde *l.* 53. *D. de ædilitio.* Goth. Adde *l. penult. in fin. D. de excusat. tutor.* Apud Ulpianum. 49 Fiat. 50 Vide *l.* 6. *§. immunitati.* 4. *D. de jure immunitatis.*

51 Numerus liberorum excusationem præbet. Tres liberi a legationibus. *l.* 1. *§. de legationib. h. lib. tit.* 63. quinque a personalibus muneribus excusationem præbent parentibus patrimonialibus, cujusmodi sexus sint, *l.* 3. *l. ult. §. h. t.* Duodecim vel tredecim a muneribus tutor. 2. *D. de jure immunitatis*, adde Guidonem Papæ *decis.* 109. 12. *§. muneribus. D. de vacatione munerum.* Goth. Conf. Ferdinandum Paez *in tract. de excusandis parentibus a muneribus, l.* 2. *§. numerus. l.* 8. *in pr. D. de vacat. mun.* 52 Al. *Antonin. A.* 53 Al. *bonis de Reipub.* 54 Vid. Pistorem *lib.* 4. *de l.* 2. *§.* 7. *D. de excusat. tutorum.* 55 Nepotes loco filiorum sunt, quoties parentum loco succedunt, *ut hic. in fin. D. de muneribus.* 56 *L.* 1. *l. ult. §. h. t.* 57 Vide *l.* 4. *eft enim brev lex accipienda de patrimonialibus muneribus*, sed de personalibus, ut adnotat Cujac. rect. 58 Al. *deeft.* 59 Id eft, propter pauperiatem: non notat Cujac. rect. 60 *L.* 1. *§. de mulier. & in que. h. lib. tit.* 62. 61 *l.* 4.

6. Imp.

6. Imp. CONSTANT. A. Dalmatio [1].

EOs, qui cujuscunque sexus liberos [2] quinque habent, impetrata semel vacatione potiri convenit: ita ut si in hoc numero ætatis legitimæ filius inveniatur, obeundis statim pro suo patre muneribus applicetur: patribus, qui filios, vel filias quinque habuerint, promissa legibus immunitate servanda. Quod si quis propter censum [3] tenuiorem, vacationem meruerit, atque hoc probaverit: beneficio potiatur, si [4] propter rerum angustias ad personalia vocatur [5] obsequia. Dat. 14. Kalend. Februar. *Sirmii*, CRISPO III. & CONSTANTINO II. CONSS. 324.

TIT. LII.

DE PROFESSORIBUS [6] ET MEDICIS [7].

De medicis.

1. Imp. ANTONINUS A.

CUm *te medicum* [8] legionis [9] secundæ [10] adjutricis [11] esse dicas, munera civilia quamdiu Reipublicæ [12] causa abfueris, suscipere non cogeris. Cum autem abesse desieris, post finitam eo jure vacationem, si in eorum numero es, qui ad beneficia medicis concessa pertinent, ea immunitate uteris.

De grammaticis & oratoribus.

2. Imp. GORDIANUS A.

G*Rammaticos* seu *oratores* decreto [13] ordinis probatos, si non fe utiles studentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari [14] posse [15] incognitum non est.

De pœtis.

3. Imp. PHILIPPUS A.

POetæ [16] nulla immunitatis prærogativa juvantur.

De Professoribus & calculatoribus.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

ORatione [17] divi Pii liberalium [18] studiorum professores, non etiam *calculatores* [19] continentur.

De medicis.

5. Iidem AA. & CC. Phuidemo [20].

NEc intra [21] numerum [22] præstitutum [23] ordine [24] invitos [25] *medicos* immunitatem habere sæpe constitutum est, cum oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.

De medicis, grammaticis, & cæteris professoribus & legum doctoribus.

6. Imp. CONSTANTINUS A. ad Volusianum [26].

MEdicos [27] & maxime archiatros [28], vel ex [29] archiatris, *Grammaticos* [30], & professores alios literarum, & *doctores legum*, una cum uxoribus & filiis [31], necnon & rebus, quas in civitatibus suis possident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus vel civilibus vel publicis immunes esse præcipimus: & neque in provinciis hospites recipere, nec ullo fungi munere, nec ad judicium deduci [nec [32]] eximi, vel exhiberi, vel injuriam pati: ut si quis eos vexaverit, pœna arbitrio judicis plectatur. Mercedes [33] etiam eis [34], & salaria reddi jubemus, quo facilius liberalibus studiis & memoratis artibus multos instituant [35]. PP. Kalend. August. *Sirmii*, CRISPO & CONSTANTIN. CC. CONSS. 321.

De magistris.

7. Imp. JULIANUS A.

M*Agistros* [36] studiorum *doctoresque* excellere oportet moribus [37] primum, deinde facundia. Sed quia singulis civitatibus adesse ipse non possum: jubeo, quisquis docere vult, non repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed judicio [38] ordinis probatus, decretum curialium mereatur, optimorum consPirante consensu. Dat. 15. Kal. Jul. Acc. 4. Kal. August. *Spoletii*, MAMERTINO & NEVITA CONSS. 362.

De Philosophis.

8. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Mamertinum [39] P. P. 40.

REddatur unusquisque patriæ suæ qui habitum [41] *philosophiæ* indebite & insolenter usurpare cognoscitur, exceptis his, qui a probatissimis approbati [42], ab hac debent collusione [43] secerni. Turpe [44] enim est, ut patriæ functiones ferre non possit, qui [45] etiam fortunæ vim se ferre profitetur. Dat. 14. Kalend. Februar. *Sirmii*, VALENTINIANO N. P. & VICTORE CONSS. 371.

De archiatris.

9. Iidem AA. & CC. ad Prætextatum P. U. 46.

A*Rchiatri* [47] scientes annonaria sibi commoda a populi commodis [minisTrari [48]], honeste obsequi tenuioribus malint, quam turpiter servire divitibus. Quos etiam [49] ea patimur accipere, quæ fami offerunt pro obsequiis, non ea, quæ pericitantes pro salute promittunt [50]. Dat. 3. Kalend. Februar. *Treve.* VALENTIN. & VALENTE III. AA. CONSS. 372.

Non debet in locum magistri defuncti alius subrogari, nisi fuerit approbatus. Bart.

10. Iidem AA. ad Olybrium P. U. 51.

SI quis in *archiatri* defuncti locum est promotionis meritis aggregandus, non ante eorum particeps fiat, quam primis, qui in ordine reperientur, septem [52], vel eo amplius judicantibus idoneus approbetur: ita tamen, ut quicumque fuerit admissus, non in priorum numerum statim veniat, sed eum ordinem consequatur, qui ceteris ad priora subvectis ultimus poterit inveniri [53]. Dat. 6. Id. Mart. VALENTINIANO & VALENTE III. AA. CONSS. 372.

De grammaticis, oratoribus, philosophis, medicis, & eorum liberis.

11. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monachio P. P. 54.

G*Rammaticos*, *Oratores*, atque *Philosophiæ præceptores*, necnon etiam *Medicos* [55], præter hæc, quæ retro latarum sanctionum auctoritate consecuti sunt privilegia immunitatesque, frui hac prærogativa præcipimus, ut universi, qui in sacro palatio inter archiatros [56] militarunt, cum comitivam primi ordinis, vel secundi adepti fuerint, aut majoris gradum dignitatis asscuerint, nulla municipali, nulla [57] curialium conventione [58] vexentur, seu adempta administratione seu accepta testimonialem [59] meruerint missionem: sint ab omni functione, omnibusque muneribus publicis immunes, nec eorum domus ubicumque positæ, militem seu judicem suscipiant hospitandum. † Quæ omnia [in [60]] filiis etiam eorum & conjugibus illibata præcipimus custodiri [61]. † Hæc autem & professoribus [62] memoratis, eorumque liberis deferenda mandamus. Dat. prid. Kal. Decembr. *Constantio.* CONSTANTIO & CONSTANTE CONSS.

TIT. LIII.

DE ATHLETIS.

Qui tribus præliis fuerit coronatus, quorum unum Romæ fuerit, excusatur a muneribus. Bart.

1. Impp. DIOCL. & MAXIM. AA. & CC. Hermeti.

ATheta [63] ita demum, si per omnem ætatem certasse, coronis [64] quoque non minus tribus certaminis [65] sacri (in quinumerum, quem definivit Epistola Divi Pii, quique in urbibus Roma & Constantinopoli non idem est. Et ut decreto ordinis probati fint, quod idem in professoribus quoque dicendum est. *Mod.* 50 *C. Theod. hoc tit. l.* 1. sed multis mutatis. 27 *l.* 1. *in pr. & l. ult. in pr. l.* 2. *l.* 6. *in pr. ff. de jure immunitatis.* 28 Hi sunt, qui in comitatu Principis medendi cura funguntur: ut ex Archiatris, qui dimissi sunt e palatio munerum, & patrimonialium fordidorum, *l. mercatorum. §. de vac. mun. l. archiatros*, hæc an de confuetudine ferventi. Vid. Sylv. *conf.* 88. *num.* 18. *cum seq. lib.* 2. & rursus *C Theod. h. t.* adde *l.* 2. *supr. qui & ado. quos in integr. rest.* 29 *l.* 2. *§.* 4. *Y. h. t. l.* 10. *§. angariarum.* 30 *l. ult. in pr.* 32 Al. *deeft.* 33 *l. un. in pr. lib.* 2. *cenf. &. cap. ult. ff. de vacat. munerum.* 34 *C. Th. h. t.* 35 Iidem. 36 *C. Theod. h. t. l.* 1. 37 Mores facundiæ præferendi. adde *l.* 2. *fupr. de poftul. l. un. Y. de profeffor. qui in urbe.* 38 Vid. *L.* 6. *§. de muneris. h. lib. tit.* 46. 39 *Al.* ad Probum. 40 *C Theod. h. l. t.* 7. 41 Philosophi habitus, pallium, barba. 1. Gell. 2. *C.* 43. *c.* 22. *C.* 9. *c.* 2. Tertull. *de pallio.* adde quæ scripsi ad *l.* 1. *ff. de inftitia, l.* 6. *§.* 7. *ff. de excuf. tut.* 42 *l.* 6. *§.* 4. *ff. de excusat. tut.* 43 *Collatione* 1. *in C. Theod. & vet. lib.* 44 Imo non turpe est: cum patriæ fint functiones. 45 Philosophi vim fortunæ fe ferre profitentur, ergo & rum provinciales medici. 46 *C. Theod. h. l.* 8. 47 Archiatri idem maximarum. 48 *Absit a C. Theod.* 49 *Tantum ea*, Hal. adde *l.* 3. 50 Pabit cum ægrotis de mercede nec jure valet, nec jurisjurando Hippocratis congruit. *l.* 3. *ff. de exhib. cognit. Mod.* 51 *C. Theod. h. t. l.* 9. 52 Dolor a reprem aliis continuandis eft. *ut hic.* Quid fi tres idoneum: quatuor non idoneum dixerint? Num dicemus, tres illos affirmantes necantibus effe pobres: ex ea fententia vulgata, qua dicimus, duos teftes affirmantes præterri mille negantibus. *l. dicos præferri.* 27 *ff. præscr. l. ff. de excepti. qui arbitr.* An potius plurium teftimoniam præferri, tamesti negantium. *cap. in noftra.* 22. *X. de teftib.* quod verius eft. Nam quod dicitur, duos affirmantes præferri mille negantibus, tunc locum habet, quoties negativa probari non potest: secus, si probari potest. *ut hic.* Cerferus *singulari. Teftis. Duos teftes*, adde Wurmferum *l. observ. c.* 12. 53 Detracta funt multa a *C. Theod.*

54 *C. Theod. hoc tit. l.* 16. 55 Vid. *l.* 6. *fupr. h. t.* 56 De archiatris vid. *l.* 6. *C. ff. de excuf. tut.* 57 Atqui non excufantur, *l.* 8. *fupr. h. t. l.* 6. *§. de muneris. l.* 8. *§. philofophis. ff. de vacat. & excuf. muner.* 58 Additur in *C. Th. nulla fenatorii aut tribunitia collatione.* fed hæc verba deerant: Tribunitiana, quod jam fenatoria & globulis collatio fublata effet. *l.* 2. *§. de prator. l.* 12. *tit.* 2. Cujac. *ide.* 59 *Teftimonii*, *ab C. Theod.* funt autem teftimoniales miffionis honoratæ epiftolæ. *l.* 7. *§. de fide inftrum.* Goth. De teftimonialibus vide *l. pen. C. Theod. de vetter. & lit. de l. poftim. exhib. l. ult. C. Theod. de hon. C. l.* 156. *C. Theod. de decur.* atque hæ epistolæ dicuntur *in l.* 1. *J. de veter. l. teftimonia. fupr. de adv. diru. jud. l.* 45. *C. Theod. de decurionibus.* Inftrumenta *in l. fi fcholinus. fupr. de fide inftr.* Mod. 60 Al. *deeft.* 61 Quidam hic funt detracta e *C. Theod.* 62 *l.* 6. *§. h. l.*

63 *l.* 1. *in pr. ff. de hti, qui notantur infamia.* vid. Forcatulum *c.* 20. *antiquitat. n.* 3. Goth. Et fuit hic Alciatum, & ftrictim Cujacium, itemque Ferrandum *ibi. c.* 2. *cap.* 16. & Rævardum *ad leges* 12. Mod. 64 De coronis sacris dixi ad *l.* 40. *ff. de judicatis*: adde *l.* 5. *fupr. quæ res pignor.* 65 Al. *certaminibus sacris.* Certamina sacra

bus

bus vel semel Romæ, seu antiquæ Græciæ) merito coronati, non æmulis corruptis ac redemptis probentur: civilium munerum tribui [1] solet vacatio.

TIT. LIV.
DE HIS, QUI NON IMPLETIS STIPENDIIS SACRAMENTO SOLUTI SUNT.

Infamia removet quem ab honoribus, non a muneribus, & gravamine. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A.

IGnominiæ [2] causa sacramento liberati honoribus abstinere debent [3]: a muneribus autem civilibus excludendi [4] non sunt.

Causarie missus ante finem militiæ, a muneribus excusatur, non tamen habet privilegia veteranorum, licet habeat vacationem. Bart.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Caro.

CUm ob provectæ ætatis senium sis dimissus: honestam [5] missionem consecutum te esse ambigi non potest. Habebis itaque a civilibus muneribus, necnon etiam honoribus vacationem: non tamen ea privilegia, quæ his competunt, qui pleno stipendiorum numero funguntur, usurpare te jus permittit: quando non perfecto [6] statuto militiæ tempore, nec omnibus stipendiis decursis, sacramento solutum te esse etiam ipse confiteris.

3. Iidem AA. & CC.

VEteranis [7] ita demum onerum & munerum personalium vacatio jure conceditur, si post [8] vicesimum annum [9] militiæ, quam in legione, vel vexillatione [10] militaverint, honestam vel causariam missionem consecuti esse ostendantur. Unde cum te in cohorte militasse commemores, intelligis supervacuo vacationem tibi velle flagitare.

TIT. LV.
QUIBUS MUNERIBUS [11] EXCUSENTUR HI, QUI POST IMPLETAM MILITIAM [12] VEL ADVOCATIONEM PER PROVINCIAS SUIS COMMODIS VACANTES COMMORANTUR [13], ET DE PRIVILEGIIS EORUM ET DE CONDUCTORIBUS [14] VECTIGALIUM FISCI.

Deest sub hoc titulo constitutio 1. Græca, cujus sententia iis verbis expressa est ex lib. 54. Βασιλικῶν, tit. 7.

QUi militiam, vel advocationem impleverunt, præter ea privilegia, quæ jam adepti sunt, nec frumenti, aut olei comparandi curam, vel inspectionem operum, vel ratiocinium, vel defensionem civitatis vel patris [15] civitatis munus, vel curationem Reip. vel curationem annonæ exerceant, sed & habitent ubi voluerint, nec præsidibus ultra portas occurrere, nec ad curias sive collegia vocentur inviti, vel nominentur, vel nominent, nec descriptiones præbeant consuetudinum, vel spectaculorum nomine. Unam domum quoque habeant liberam onere suscipiendorum militum supervenientium iis, qui in locis versantur, dignitate aliqua præditis suam immunitatem obtinentibus. Hæc enim Constitutio priora beneficia auget, non minuit. At fiscalia tamen præbeant, & honorent præsides, ac vicissim honorentur ab eis. Qui hanc Constitutionem violarit, aut violari permiserit, quinquaginta librarum auri multam sustineto.

De conductoribus vectigalium fisci.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

NOn [16] alios a muneribus & honoribus [17], vacationem habere, quam qui mancipatum [18] suo nomine vectigal a fisco conducunt, certum est. Quare eos, qui ab his quædam exercenda acipiunt, nullis privilegiis esse munitos haud dubii juris est.

TIT. LVI.
DE LIBERTINIS.

Libertini non habent excusationem a muneribus. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Bucillo.

COnditio libertinitatis [19] de muneribus civilibus [20] tribuere non potest excusationem: nec in ea quidem civitate, ubi domicilium libertinus habet.

in Græcia quatuor: Olympia, Jovi: Pythia, Apollini: Nemea, Archemoro: Isthmia Palæmoni sacra: Archias t. *Epigrammaton.* ut hinc conster, sacra non ideo vocata, quod deorum gratia celebrarentur, quod tamen Alciatus credidit. In his autem certaminibus præmium erat fola corona. Pollux 3. 16. Plin. 4. Coronæ in olympiis, olea. Herodot. *Urania.* & bracteæ præmia fuperiorum certaminum olea, pomum, apium, picea. Archias *illo loco.* Paufan. *in Eliacis* refert, Theagenem 1040. coronas in sacris certaminibus accepisse. Gellius 3. *cap.* 15. refert, Diagoram Rhodium tres habuisse filios, pugilem, pancratiastem & hutatorem, at eum eos omnes eodem olympiorum die conspicerer, populusque patri congratulans, undique flores in illum conjiceret, præ nimio gaudio animam effavisse.

1 Igitur non infames. *l. 11. in fin. ff. de postul.*

2 Conjunge *cum l. 1. infr. de infam. h. lib. tit. 57. l. 2. infr. de dignitat.* 3 Missio ignominiosa excludit ab honoribus, non excusat ab oneribus. *l. 3. infr. de re mil.* Mod. 4 Excusandi. *al. excusati.* 5 Honesta missio, causaria, ob ætatem. adde *l. 8. in princ. ff. de vacat. munerum, l. 8. infr. de re militari. l. 12. tit. 36.* 6 Imperfecto. 7 Vid. *l. 7. l. 8. §. 2. ff. de vacat. munerum.* 8 Hinc colligi potest pro justo militiæ tempore viginti annos haberi. *Mod.* vid. *l. 9. §. quando provocare non est necesse. l. 1. supr. de excusl. veteranorum.* 9 Vid. Tacit. *lib. 1.* dixi ad *l. 2. §. de re militari. l. 12. tit. 36.* 10 Græci habent: *numero*, ut in *l. contra. §. de re milit.* qua de re vide & *l. 8. infr. de evoc. mil. ann.* Mod.

11 *Al.* A quibus muneribus. 12 Superior titulus est de his, qui non impleverunt militiam, hic de his, qui impleverunt militiam vel advocationem, & nominatim exprimuntur munera, quorum vacatio jure conceditur, que etiam non impleta advocatione datur advocatis illustrium vel spectabilium judicum. *l. 6. §. de adv. divs. jud.* Mod. 13 Habtenus quæ præcellerunt verba, pertinebant ad Græcam constitutionem, quæ deperdita est. *Cont.* 14 *Al.* conditionibus. *Goth.* Hic eit Cujacio titulus 56. qui ait *l. non alios.* initium sumptum videri *ex l. in honorib. §. non alios. ff. de vac. mun.* Mod. 15 Pater civitatis ἀναγκαῖος τοῦ δεσπότου τῶν κατοικούντων οἶκων ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ. Græci in *l. 1. supr. de solut. & liberat.* 16 Adde *l. 8. §. non alios. l. ff. de vacat. munerum.* 17 Oneribus. 18 Id est, emptum.

TIT. LVII.
DE INFAMIBUS [21].

Infames removentur a dignitatibus: non a muneribus realibus, vel personalibus. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. [22].

INfames [23] personæ licet nullis honoribus qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, uti possint: Curialium tamen vel civilium munerum [24] vacationem non habent, sed solennibus [25] indictionibus ob tutelam publicam eos satisfacere necesse est.

TIT. LVIII.
DE REIS POSTULATIS.

Pendente processu criminali, non potest quis ad honores vocari. Bald.

1. Imp. ALEXANDER A. Martiano.

REos [26] criminis postulatos, novos honores appetere non debere [27], antequam purgaverint innocentiam [28] suam, & a divis parentibus nostris, & a me sæpe rescriptum est. Dat. 6. Kal. Mart. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS.

TIT. LIX.
DE HIS, QUI IN EXILIUM [29] DATI VEL AB [30] ORDINE MOTI [SUNT.]

1. [31] Imp. M. ANTONINUS A. Diogeni [32].

QUibus posthac [33] ordini suo, vel advocationi ad tempus interdicetur, post [34] impletum temporis spatium non prorogabitur infamia.

2. Imp. GORDIANUS A.

AD tempus exulare decurio jussus, & impleto tempore regressus, pristinam quidem recipit dignitatem: ad novos vero honores non mittitur, nisi tanto tempore his abstinuerit, quanto per fugam [35] abfuit.

TIT. LX.
DE FILIISFAMILIAS, ET QUEMADMODUM [36] PRO HIS PATER TENEATUR.

Qui consentit decurionatui filii emancipati, non obligatur: secus si filius erat in potestate. Bart.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA.

PAtrem emancipato filio consentientem ad decurionatum non teneri, dubii juris non est: tunc enim consentiendo pater ad decurionatum obligatur, si filium in potestate habeat. *Consentire* autem etiam is videtur, qui [37] non testificatur dissentire nominationi.

Appellare a nominatione facta de filio, est consentire. Bart.

2. Imp. ANTONINUS A.

CUm appellasse te dicas, ostendis causam ad te [38] pertinere [39]; potueras enim nominato filio tantum contestari, & non consentire oneri ei delato.

Filius in potestate cum patre ad idem munus non debet vocari: secus si emancipatus sit. Bart.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

SI [hi] qui cum patre ad protostasiæ [40] munus [41] vocati sunt, etiam nunc in patria potestate constituti sunt, ab hujusmodi necessitatibus liberentur, cum [42] ex eadem familia hoc modo [43] duos ad ista obsequia destinari perniquum videatur. Sane eos, quos emancipatos esse, atque ex [44] familia exisse manifestum est, sine cunctatione retinere debebis.

Pater non tenetur pro filio curatore creato: sed qui eum nominaverit, tenetur. Bart.

4. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SIne periculo tuo magistratus filium tuum curatorem constituit, nec appellandi tibi necessitas incumbebat. Sane nominator [45] qui filium in potestate positum non consentiente patre, ad munus devocavit, si tamen ex voluntate tua antea filius decurio factus non erat, detrimento muneris obligabitur.

19 *l. 17. in princ. ff. ad municipalem.* 20 Al. *quibuslibet.*
21 *lib. 2. tit. 12. supr. Lib. 3. ff. 2.* vid. que scripti ad *l. nec insam. 12. supr. de decur.*
22 Al. *Imp. Antonius A.* 23 Conjunge *cum l. 1. supr. de his qui non imp. l. 3. ff. de re milit.* 24 Vid. *l. 12. §. de decurionib.* 25 Sed & solennibus *ex Goth.* Munera patrimonialia significat, quæ tutelæ sive utilitatis publicæ gratia indicuntur. *l. 2. supr. de mun. patrim.* unde consequitur, nec a personalibus, nec a patrimonialibus inframiam vacationem præbere. *Mod.*

26 *l. 17. 6. in quæstionib. 12. l. 21. 6. idem respondit. 5. ff. ad municip. l. 7. ff. de municip.*
27 Priffinos tamen retinent. *l. libertus. 9. in quæstionibus. ff. ad munic.* Mod.
28 Innocentiam fuam purgare accufatus cogitur. vid. *l. 1. supr. de his, qui accusare.*

29 Exilio dati sunt. 30 Ex. 31 Al. *pars edicti Imp. Anton. A. P. P. Rom.* V. *Id. Jul. Duob. Affris Conss.* 32 In scripto meo exemplari ita scriptum reperi: *Pars edicti Imp. Antonini. Proposita Romæ.* V. *Id. Jul. Duob. Affris Conssibb.* Contius. 33 Recte inquit, *posthac*, tanquam jus antea dubium & controversum, hoc edicto certum constituens. 34 *l. 2. in pr. verf. Alia causa. l. 3. §. 1. l. 5. ff. de decurionib. l. 3. §. ex quib. caus. infam. l. 13. §. 1. ff. ad l. Corn. de falsis, l. 8. §. in fin. ff. de postul.*
35 Fugam, exilium interpretatur Cujacius recte.

36 Vid. *lib. 4. tit. 13. Cod.* 37 *l. 2. ff. ad municipalem.* 38 Imo non pertinet. *l. 6. §. pater. 4. ff. de decurionib.* 39 Quasi causam filii in te susceperis atque pro eo sis quasi fidejussor.
40 Protoflasiæ hic & *l. 8. §. de muneris. patrimoniorum*, nihil aliud hic, quam principalitates, quæ & Græcis πρωτοστασίαι. *l. 3. C. Theod. de prox. eorum*, qui in sacro palat. *milit. l. 2. C. Theod. de protoflasia*, *l. 8. in pr. ff. de vacat. muner. l. 8. in pr. §. de mun. patrimon.* Qui eas gerunt principales πατρῶνοι, ἀναλημπτῆρες, ὑποκτήτορες. *l. 33. §. de decurionib.* 41 *l. 1. in princ. supr. de muneribus, & honor. l. 10. tit. 40.* 42 Eadem familia quæ dicitur, vid. *l. 4. §. 1. ff. de excusat.*
43 Al. *ac domo.* Goth. Domum & familiam hoc loco accipere debemus pro corpore, quod est sub unius potestate, ut in *l. 1. §. de mun. & hon. &c.* Mod.
44 Ex familia non sunt, qui emancipati. 45 *l. 14. §. plerique. 4. ff. de muneris. l. 5. supr. de decurionib.*

TIT.

TIT. LXI.
DE PERICULO SUCCESSORUM PARENTIS.

Onus dignitatis quæsitæ per patrem, transit ad heredes. Bart.

1. Imp. ALEXANDER A.

SI [1] de proprio suo patrimonio muneris editionem tuo nomine [pater tuus] repromisit [2], ideoque [3] etiam Sacerdotem te creari impetravit, onus erogationis [4] commune omnium heredum ejus esse Præses provinciæ non ignorabit.

TIT. LXII.
DE MULIERIBUS, ET IN QUO LOCO [5] MUNERA SEXUI CONGRUENTIA, VEL HONORES AGNOSCANT.

Mulier in loco domicilii mariti subit munera personalia, patrimonialia vero in loco, in quo est patrimonium. Bart.

1. Imp. PHILIPPUS A.

EAm, quæ aliunde orunda, alibi nupta est: si non [6] in urbe Roma [7] maritus ejus consistat, non apud originem suam [8], sed apud incolatum mariti ad honores seu munera, quæ [9] personis cohærent, quorumque [10] is sexus capax esse potest, compelli posse, sæpe rescriptum est. Patrimonii vero munera [11] necesse [12] est mulieres in his locis, in quibus possident, sustinere.

TIT. LXIII.
DE [13] LEGATIONIBUS.

1. Imp. VALERIANUS & GALLIENUS AA.

PAter trium [14] incolumium liberorum legationibus publicis liberatur [15].

2. Iidem AA. & Valerianus C.

CUm vos proprio nomine [16] sumptus ob defensionem publicam fuscepertis, id, quod ad proprias erogationes collega velter acceperit, non vobis reddere heredes ejus oportet, sed si in ea causa est, ut restitui omnino oporteat, Reipub. debent potius inferre. Sane si honorariis advocatorum erat ea quantitas destinata, restitui illud vobis, qui hoc præstaturi estis, non injuria postulatis. Eum autem collegam vestrum, quem a defensione [17] patriæ [18] destitisse dicitis, apud provinciæ Præsidem deferæ [19] legationis [20] arguere potestis.

Legatio transmarina tributi vacationem biennii: secus si proxima: quia talis legatio eam non tribuit. Bart.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

TRansmarina [21] legatione apud nos perfunctos, constitutum est biennii [22] vacationem munerum civilium & honorum [23] habere, hon eos, qui de proximo obsequium reipublicæ videntur exhibuisse.

Qui dignitates suffragio receperunt, non habent vacationem a muneribus propter dignitatem: sed si legatus fuerit, habet propter legationem. Bart.

4. Impp. CONSTANTIUS & CONSTANS AA. ad Titianum.

UNiversi omnino ex Comitibus, vel ex Præfidibus qui suffragio perceperint [24] dignitates, civilibus oneribus muneribusque teneantur adstricti: ne commoda publica cum umbratili [25] suffragiorum pactione lacerentur. Eos tamen a prædictis oneribus [26] excipi oportebit, qui in legationibus publicis versati sunt. Dat. prid. Kal. Jul. *Trium.* PLACIDO & ROMYLO CONSS. 343.

In bis, quæ publicam utilitatem respiciunt, non valet reformatio facta a provincialibus, etiam consentiente præsule, nisi per præsectum, vel principem fuerit approbata. Bart.

1 Vid. quæ scripsi *ad l. 2. §. 2. ff. ad municipalem.* Goth. Adde Cujac. hic & *observat. lib. 2. cap. 13.* Mod. 2 Promisit. 3 Vid. *l. 8. ff. de vacat. munerum.*
4 *l. 1. §. 16. ff. de collat.* 5 Vid. Vall. *confil. 66. num. 3. lib. 1.* Amatis *decis. 118. n. 1.* adde *l. 4. supr. de Incolis. h. l. tit. 39.* Tesaur. *decis. 149.* Grivell. *decis. Dolan. 11.* Anf. 6 Sive ab. 7 Roma communis patria est. *l. 9. ff. de vacat. munerum. l. Roma. 33. ff. ad municipalem. l. uls. D. de interdictis & relegat. l. in urbica. 17. ff. de statu hom.* Nov. 78. c. 5. Proinde qui Romæ docet, etsi natus in ea non sit, aut falarium non habeat, immunitatem habet. 8 Vid. *l. 22. 6. municipes. 2. ff. ad municip.* 9 Vid. *l. 5. supr. de his, qui numero liberor.* 10 A patrimonialibus oneribus sexus non excusat. vid. Decium ad *l. 2. ff. de reg. jur.* 11 A patrimonialibus muneribus mulieres non excusantur, *l. pen. supr. de mun. patr.* fed ea ad municum apud originem propriam. *l. 12. C. Theod. de nativis.* non apud domicilium mariti. A personalibus excusantur, imo interdiuntur: excepris quibusdam, quæ sexui earum congruunt; *l. pen. supr. de his, qui num. lib.* quæ tamen non apud originem suam obeunt, sed ubi eit domicilium matrimonii. *l. ult. supr. de incol.* Mod. 12 Vid. *l. 9. supr. de mun. patrim.*

13 *lib. 10. tit. 7. ff.* 14 *l. 1. supr. qui numero liberorum.* 15 A legationis munere, quod personale est, quia viatorum & legativum de publico datur, tres liberi excusant, vid. Cujacium *ad l. 1. supr. de his qui num. lib.* & Marcum Verranium *de jure lib. 6. num.* 20. Mod. 16 *l. 2. in fin. ff. l. 1. l. 7. §. 1. ff. quod cujusq. universit.* 17 Defensione allegationis, id eft, defensionis: fed recta videtur exemplaris lectio. vid. hoc de re contrarias majorem dilutionem habet. 22 Legatione functis biennii vacatio datur, *ut infr. & l. 2. supr. de numerib. non continuandis. l. Paulus. 8. §. 1. l. vicarius. 13. ff. de legationib.*
18 Onerum. 24 Percepit. 25 In umbratili, al. *subumbratili.* 26 Honoribus. 27 *C. Th. 12. 12. 12.* 28 *Conciliums, in C. Th.* 29 Adde *l. 6. infr. h. t.* 30 *Vestra fidelis, in C. Theod.* 31 Imo referendum, *l. 10. §. de muneris. patrimon. h. l. tit. 41.* 32 *Perferatur, in C. Theod.* 33 *Absq; a C. Th. & quib. lib. sinceramus.* 34 *Vobis fidis, in C. Theod.* 35 Al. *dicit, ut in C. Theod. de privilegiis. & immun.* 36 Al. *dicit, ut in C. Theod. de privil. ad municip.* 37 Major pars quod approbat, cæteri comprobasse intelligntur. *l. 19. 40 Absunt a C. Theod.* 38 *l. 5. in pr. supr. h. t.*

42 *C. Theod. 13. 4. 2.* 43 Brevem vocat notitiam, quam mox subjicit.
44 Sic recte, *ut in C. Theod.* al. *viris fanctiss.* fed perperam. 45 *Edificandis, in Cod. Theod.* 46 *l. 2. §. ult. l. 3. §. ult. l. 6. §. de jure immun.* 47 Et eft notitia fic. 48 Vide in hanc legem Alc. & Pyrrhum. *Goth.* Et ad singulas voces hujus notitiæ eruditissimum Cujacium, sine cujus commentariis fruftra quis hos libros

5. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Apodemio P. P. per Illyricum [27].

SI quod extraordinarium consilium [28] postulatur [29] cum vel ad non est mittenda legatio, vel nostræ sedi [30] aliquid intimandum: id quod inter omnes communi consilio tractatuque convenerit, minime [31] in examen Cognitoris Ordinarii referatur [32]. Provincialium enim desiderii, quibus necessaria sæpe fortuitis [casibus [33]] remedia deposcuntur, vobis [34] agnoscere atque explorare permittimus: ut sint [35] examinis tui, quæ ex his auxilio tuo protinus implenda sint, & quæ clementiæ nostræ auribus intimanda videantur. † In loco autem publico de communi utilitate [provincialium [36]] sententia proferatur: atque id, quod majoris [37] partis probaverit adsensus, solennis firmet auctoritas. Dat. 5. Kal. Aug. *Constantinop.* ARCAD. A. II. & RUFINO CONSS. 392.

Non debet mitti legatio ad principem, nisi de voluntate concilii & auctoritate superioris. Bart.

6. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio P. P. [38].

QUotiens [39] [ab Alexandrina civitate [40]] legatio destinatur, universos curiales præcipimus, qui intra urbem consistunt, si non ægritudine vel alias excusabili [41] necessitate impediuntur, in locum curiæ convenire, & decreta sua propria subscriptione firmata viro spectabili Præfecto Augustali insinuare, ut ejus relatione comitati, tuis virtutibus suas petitiones intiment: & sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur. Dat. 3. Non. Octobr. *Constantinop.* DN. THEOD. A. VII. & PALLADIO V. C. CONSS. 416.

TIT. LXIV.
DE EXCUSATIONIBUS ARTIFICUM.

Hic expressi habent immunitatem a personalibus muneribus, tam discipuli, quam magistri. Bart.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum [42].

ARtifices artium brevi [43] subdito [44] comprehensarum, per singulas civitates morantes, ab universis muneribus vacare præcipimus: si quidem in discendis [45] artibus otium sit accommodandum: quo magis cupiant & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire. Dat. 4. Non. Aug. FELICIANO & TITIANO CONSS. 337.

Et notitia [46] est ista [47].

[48] *Architecti* [49], *medici* [50], *pictores, statuarii, marmorarii* [51], *lecticarii* [52], *seu arcarii, clavicarii* [53], *quadrigarii, vel quadratarii, (quos Græco vocabulo* πλινθᾶς [54] *appellant) structores, (id est, ædificatores) sculptores ligni, musearii* [55], *deauratores, albini* [56], *(quos Graci* κονδύτας *appellant) argentarii, barbaricarii* [57], *diatretarii, ararii, fusores, figulari, fabricarii, bracbarii, particarii, atque* [58] *libratores, figuli, (qui Græce dicuntur* κεραμεῖς*) astrices, vitrinarii, plumbarii* [59], *specularii, eborarii, pelliones* [60], *fullones, capsentarii, (id est,* πεταλλαγοί [62].)

2. Impp. CONSTANT. & CONSTANS, ad Leontium P.P.

MEchanicos [63], geometras [64], & architectos [65], qui divisiones partium omnium, incisionesque servant, mensurisque & institutis opera fabricationibus stringunt: & eos, qui aquarum ductus, & inventos modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi atque discendi nostro sermone compellimus. Itaque immunitatibus gaudeant, & suscipiant docendos, qui docere sufficiunt. Dat. prid. Non. Jul. LEONTIO & SALLUSTIO CONSS. 344.

TIT. LXV.
DE [66] POTIORIBUS AD MUNERA NOMINANDIS.

Justa est causa appellandi, si alius prior debet nominari. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A.

SI ipse vocatus ad munera [67] civilia, potiorem [68] alium nominandum putaveris, age [69] causam tuam.

posteriores in manus sumet. *Mod.* 49 Quædam hic sunt omissa e *C. Theod.* 50 *Malonoedici*, videtur legisse *Acc.* utrumque retinendum censet *Cujac.* 51 Marmorarii sculptores marmorum. 7. *Cass. c.* 52 *Lecti arii seu laccarii, legit Cujac. ex vet. lib.* lectarii sunt, qui fabricant lectos: *laccarii*, qui fossas, vel puteos fodiunt: sed lectarii sunt, qui lectucas fabricant. 53 Al. *clavidarii.* 54 *Lonodati ex Basil. Cujacio.* Calliod. 7. Var. 5. Multivarium opus. Spartian. *Pescennius.* August. 16. *de civit.* 8. Philand. *ad Vitruv.* 7. *c.* 1. 56 Albarii. 57 Barbaricarii, qui barbarica, id est, ornamenta ex auro conficiunt. Donat. in 2. *Accid.* 58 *Aquæ libratores, in C. Th. 3. Var. 52.* 59 *Plumarii*, & fic Græcos legisse scribit *Cujac.* funt autem, qui vestimenta ex plumis avium conficiunt. 60 Pollliones, vide *l. ult. ff. de jur. immun.*
61 Dealbatores, an funt albinæ seu κονδύται, de quibus *supr.* dixi? an gypsoplastræ, de quibus Calliod. 5. *Var.* 6. ubi vide de parietum infructore, aris fusore, camerarum seu camerarium rotatore, quos sub Cura Palatii fuisse refert. 62 Πεταλλοὶ enim significat bracteam atque foliam. *Cont.* 63 Recte sic, non ut antea, *Mathematicos*, nam hi reprehenduntur. *Goth.* Mechanicos autem hic specialiter significare censet Cujacius eos, quorum ingenio & institutione sunt organa mechanica, pneumatica, automataria. Dat autem vocationem personalium munerum, nec tamen ideo remitte censentur tutelæ, ut diximus in *l. 3. supr. de mun. patrim.* itaque nihil obstat *l. geometræ. ff. de exc. tut.* Mod. 64 Geometris datur immunitas, *ut infr.* cum & ex constitutione Theodosii sactabiles sint: non tamen data cenfetur a tutelis. *l. Geometræ. 52. ff. de excusat tut.* Nam generaliter data immunitate, semper tutelæ exceptæ videntur, *l. 2. supr. de muner. patr. h. l. tit. 41.* de Geometria v Chaldæis inventa, ab Ægyptiis recepta, ejusdem usu vide Calliod. 3. *Var.* 52. 65 *l. 1. §. architecti. supr. h. t.*

66 2. Paul. *sent.* 28. & 29. *l. 46. supr. de decurionib. l. 7. ff. de decurionib.* 67 Potiores ita nominantur ad tutelam, *l. 2. ff. de fidejussor. & munus.* 68 Nominare potiores folent, qui ad munera publica vocati, *ut hic, l. ad subtunda. 46. supr. & l. 7. ff. de decurionib.* Potiorem autem non recte nominare is videtur, qui caulam nominati potioris non exprefit. Paul. 2. *sent.* 28. §. 1. Contra potiorem nominat, qui caulam exprimit: causam, inquam, generis & facultatum. Potior enim quis effe debet, non fortium gradu generis, fed & rei familiaris fubftantia. Paulus *ibid.* §. 2. Facultates potius fpectamus, quam propinquitatem generis. adde *l. 3. supr. quemadmodum civitas municipes. h. l. tit.* 42. 69 Quid fi potiorem quidem nominaveris, & is facultatibus lapfus fit? nominator tenetur rurfus ad fi fidejuffit. *l. 1. l. 2. §. ult. de periculo minatarum. l. 11. tit. 33.* Goth. Adde *l. 11. ff. de mun. & honor. l. 3. §. 15. D. b. t.* Anf.